



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris
Theologi Architectura Christiana**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae Agrippinae, 1653

Art. I. Quintuplex Aedificium Architecti Christiani Tropologici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)



OPUSCULUM III.

ÆDIFICIUM

ARCHITECTI CHRISTIANI

Quod est

FABRICA VIRTUTUM.

Obiectum

ARCHITECTI TROPOLOGICI.



SERMO I.

ÆDIFICIUM MORALE PHILOSOPHICUM

ARTICULUS I.

Quintuplex Ædificium

Architecti Christiani Tropologici.



Eus Opt. Max. sicut in hominis ad æternam vitam Electione, & in ejusdem Creatione, ac deinde in Redemptione per Filii sui Incarnationem, necnon in Ecclesiæ const.

L 3

tutio-

OPV

tutione egit Sapiientissimum Architectum, ut suis locis est demonstratum; ita in Justificatione vel sanctificatione cujusque, sive per Sacramenta, sive absque iis ea fiat, ad instar Architecti opus suum peragit. Quamobrem cum n hominem, post lapsum, de peccatis dolentem, veniamque deprecantem in gratiam recipit, Ædificium in illo extruit, in quo ipse tanquam in domo, aut Regia, sua Majestate haud indigna commoretur.

Hoc Ædificium non est aliud quam virtutum coagmentata universitas; in qua quædam, ceu Fundamentum, imam, quædam, velut parietes, mediam, quædam denique, tanquam alia domus membra, interiorem, anterioremque partem occupant. Ad hanc autem Fabricam erigendam Christianus Sapiens, tanquam perita Architecturæ, manum admovere, & operam quotidianam, ut conservetur, conferre, si muneri tuo satisfacere velit, debet: nam contemplari tantum & ociose aspicere, non est satis. Ut autem intelligatur, dum in hoc Ædificio construendo laborat, non unam esse Domum quam sibi propositam habere debet: OBSERVO Quintuplex esse Ædificium, quod sibi quilibet Amator Sapientiæ objicere possit, ut suæ opus industriæ. *Primum* voco Ædificium morale Philosophicum, *Secundum* Spirituale Theologicum. *Tertium*, Ædificium Gloriam meritum. *Quartum*, Ædificium boni exempli. *Quintum*, Ædificium Adoptivum. Horum omnium, & singulorum Christianus Sapiens est Architectus Tropologicus.

ARTICULUS II.

VIRTUTES.

Ex quibus construatur Ædificium Morale Philosophicum.

Hic necessario præmittendæ sunt virtutum aliquæ *distin-*